5887 Mediolani ex demolitione turris S. Agathae seu Barbarae Capucinarum venit ad Archintios ARCHINT. (ad Alc.). Nunc in Brera.

C
SENTIVS
C·F·OVF
FLAVVS
VIR·IVN
I

Contuli. Manutius cod. Vat. 5236 f. 211; Archintiana ad Alciatum f. 203, cod. Ottob. f. 55', ed. p. 51 (inde opinor Mur. 743, 4 ex schedis, ut ait, Ambros.). 6 sic Man. Arch., hodie abest.

5888 Mediolani in museo, cui dedit a. 1868 Lavezzarius *ingegnere*.

LIS D COLL
ET · STATORIAE
PVPAE
L · PVLLIVS
VALERIVS
AVIS · PIENTISS
ET · CENT · VI
L·D·D·C

Descripsi et ad ectypum a Biondellio missum recognovi.

[*Dis manibus L. Pulli Nata*]*lis d(ecurialis) coll(egii) et Statoriae Pupae. L. Pullius Valerius avis pientiss(imis) et cent(uria sexta). L(ocus) d(atus) d(ecreto) c(ollegii).*

5889 basis quadrata. Mediolani conspicitur in aedibus Hier. Florentii I. C., a Gabriele Florentio e Laude Mediolanum translata [cf. ad n. 5893] ALCIATUS VALERII; in regione ad Cantaranam ALC. (SYLL.) ACC. Nunc apud Florentios marchiones ad S. Iosephum BORSAERIUS et TH. BARTOLINUS (ad ed. 2 Grut.). A. 1778 XVI cal. Apr. hoc marmor inter aedium Scalensium rudera repertum, dum novum theatrum aedificaretur, in bibliothecam Ambrosianam illatum est ADSCRIPTUM CODICI ALCIATINO Ambrosianae D 425 inf. Ex domo Talenti Fiorenza translata in porticum bibliothecae Ambrosianae MAR. Ibi adhuc prostat. — Florentiae extare putavit GUD. (ad ed. 2 Grut.) relatione Bartholini male intellecta.

D · M
CVRANTE · CALOPODIO · LOCATORE

in latere:
IONA
mulier stans dextra personam attollens, sin. tenens vestem

THEOCRITI
AVGG · LIB
PYLADI
PANTOMIMO
HONORATO
SPLENDIDISSIMIS *sic*
CIVITATIB · ITALIAE
ORNAMENTIS
DECVRIONALIB · ORNA
GREX
ROMANVS
OB · MERITA · EIVS
TITVL · MEMORIAE
POSVIT

in latere:
SVI · TEMPORIS · PRIM*VS*
TROADAS
mulier stans in capite habens pinnas, dextra personam tenens, sin. scutum et hastam

Contuli quod extat. Alciatus Dresd. l. 1 f. 48 (inde opinor Accursius ms., cum et in loci indicatione et in lectione plane consentiat cum Alciato; Grut. 1024, 5 ex Alciatinis; Orelli 2629); Marini ms. Vat.

Quae hodie absunt vel evanuerunt, dedi inclinatis; pendemus in his ab Alciato, nam Marinius non plura vidit quam ego.

Theocritus hic saltator diversus omnino a saltatore cognomine, qui vixit sub Caracalla (Dio 77, 21), Pyladis pantomimi tragici institutoris sectam secutus eo tamquam agnomine usus est. Nam haec explicatio Scaligero Salmasioque probata sola vera est, nec recte nuper a docto viro impugnata. Vide quae adnotabuntur ad titulum Genuatem Pyladum duorum n. 7753.

5890 Mediolani in turri imperatoris porta Ticinensi.

TREBIA · C · F · PHILVMENA
SIBI · ET · L · TIVCIO · MERVLAE
VI · VIR · III · VIR · IIII · VIR · TESTA
MENTO · FIERI · IVSSIT

Servavit Alciatus apud Cholerum f. 37' et Dresd. l. 1 f. 103 (inde Apian. 48, 1; Merula 1538 p. 27 et in Terentiano dialogo f. F[7]; Panvinius Ver. p. 56; Smetius 158, 15 ex Apiano; Grut. 476, 2 ex Alc. et Merula; Orelli 3834).

1 PHILVMENA Chol., FILVMENA Dresd. — 3 in hac interpolatione potest latere VI · VIR · IVNIORI · VIR · TESTAMENTO cet.

5891 Mediolani rep. 1869 in moenibus antiquis *nella nuova fabbrica della cassa di risparmio.*

ornamentis
DECVRION
AB ORDINE
MEDIOLANENS
HONORATO
TRYGETVS
LIBERTVS
PATRONO
INDVLGENTISS

Descripsi. Ed. M. C(affi) *corriere dell' Adda* 27 Febr. 1869; Ceruti *mura Milanesi* p. 19.

3 sic lapis, non MEDIOLANENS.

5892 Mediolani. 'Superioribus diebus per urbem spatianti obtulit se mihi hocce mnemosynon nuper in monasterio maiori erutum. Montisferrati regulo summe id appetenti donum datum est, quod ille in domum suam translatum conspicuo apposuit loco' ALCIATUS VALERII.

GEN ET *h*ON
P · TVTILI
CALLIFONTIS
VI · VIR · SEN
PATR · Ↄ · XII · COLL
AERAR · C · A · A · M
NEG · STIP · ARG
SPLENDID · ET
IVN · PVBLICIAE
C · F · POMPONIAI
TT · CONIVG · EIVS
ET · IVN · TVTILIAE
P · F · POMPONIAN
CONSTANTII · VIVATIS
L · ROMATIVS
VALERIAN · ET
VOCATIA
VALERIA · CVM
FILIS · CLIENTES

Servavit Alciatus Dresd. l. 1 f. 82 (inde Grut. 477, 1; Orelli 4060); observat apud Valerium: 'marmor tam nitidum, tam pulcrum est, tam diligentis quadratarii manum refert, ut nostris temporibus vix unus aut alter possit agnosci, qui ab hoc artifice non longo distaret intervallo'.

1 GENETHLON Alc.; emendavit Hagenbuchius videturque apud ipsum Alciatum H factum esse ex H. — 5 ↃXXII Grut errore. — 11 fortasse pro TT scr. ST · F.

Gen(io) et [*h*]*on(ori) P. Tutili Callifontis VI vir(i) sen(ioris) patr(oni centuriarum) XII coll(egii) aerar(ii) c(oloniae) A ..... A(ugustae) M(ediolani), neg(otiatoris) stip(is) arg(entarii) splendid(issimi), et Iun(iae) Publiciae C. f. Pomponiai* [*s*]*t(olatae?)* [*f(eminae)?*] *coniug(is) eius, et Iun(iae) Tutiliae P. f. Pomponian(ae). Constantii vivatis. L. Romatius Valerian(us) et Vocatia Valeria cum filis clientes.* Constantius fuit signum sive agnomen familiae eius, et observandum est id referri pariter et ad ipsum Calliphontem et ad uxorem filiamque. Negotiator stipis argentarius, scilicet κολλυβιστής ἀργυραμοιβός, mihi facilius ferri posse videtur quam negotiator stipis argentariae.